



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Instrvctio Magistri Novitiorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniæ, 1613**

Cap. 5. De prudentia erga viros graues in Religionem ingressos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](#)

5 Proponat illis Magister ardua, ut perspiciat, an seriò conari, & arduitatem superare decernant. Et benè animatis occasione proposita exequendi offerat.

6 Ne molestè ferat, si acerrimi temptationibus infestentur, qui contra diuturnas consuetudines armantur, & pugnāt: sed illos soletur, & roboret, donec victoria sui potiantur. Hi quippè si diuina gratia, & cultura boni educatoris adfint, perfectiores Religiosi euadere solent, quām qui insontes in claustra venere. Horrent enim malum, quod passi sunt, & eximios virtutum actus fortissimè dimicando producunt. Atque adeò in altiorem diuinæ gratiæ statum assurgere solent, quām qui nullos conscientiæ stimulos patientes ( quales innoxij multi sunt ) lètè agere consuescūt.

*Cap. 5. De prudentia erga viros graues  
in Religionem ingressos.*

1 **M**agna certè prudentiæ iustorum pars est, nouam iustitiam in vasis fictilibus alere. Huic ergo studeat Magister, & non solū ætates, sed dignitates

quoque personarum ad rectè agendum  
expendat.

2 Curet in primis, ut ob personarū grauitatem, quocumque ex capite considerata, rigor disciplinæ monasticæ non lentescat. Grauis quippe ultionis reus erit, si ob rationes humanas, obseruantia relaxari, ac proinde gloriam Dei restinguferat.

3 Cæterū salua custodiæ legum integritate, ita cum viris graibus se gerat; ut non summum ius, quod summa iniuria solet appellari, ab eis passim exigat, quale ab alijs forte inæqualibus seuerius exigeret. Exemplum sit genuflexio. Si enim Nouitij, ut decet, Magistrum genuflexi alloquantur, ut continuò decebit, ut si Magister ferat alios ætate, & meritis minores per horam dimidiam secum genibus flexis verba facere, virum grauiorē eodē ritu rādiū genuflexū esse patiatur. Decebit potius, ut illum citius expediatur, vel stare, vel sedere quoq; iubeat.

4 Idem, ad proportionem, de alijs ritibus, & actibus dicendum est: quod Magister prudenter obseruet. In ijs vero quæ ad vitæ asperitatem pertinent, ne

cum

cum eiusmodi viris nimiūm feuere agant: sed parcat interdum: sibiq; persuadeat, lenitate hac, se illos perfectius culturum, & ad verarum virtutum culturam perdueturum.

5 Frequenter illos in cellis existentes visitet, & de anime corporisque valetudine interroget, tanquam cui eorum cura cordi sit: & communicationis suauitate illos ad proficiendum, & perseuerandum alliciat.

Cap. 6. De prudentia erga Nouitios  
doctrina præstantes.

1 **S**TATIM ac Nouitius doctrina insig-  
nis admissus fuerit, Magister illū noui status admoneat; vt velut infans modò genitus lacte se indigere confidet, & alphabetum Christi à primis elementis incipiat. Suadeatq; quandam salubrem scientiæ in sæculo partæ obliuionem, vt Sanctorum scientiæ ediscat. Quin etiam hortetur, vt se nihil scire opinetur, & stultus fiat vt sit sapiens; addatq; certò nouerit acquisitam scientiam nocitaram, si ea, contra, vel præter obedientiæ placitum vtatur.

2 In